

DI.

III

11

**Hic queritur vtrum concedendum sit qd deus se genuerit.**

DI. III

**H**ic queritur que ratio satis necessaria. Constat enim ineffabiliter verum est: qd deus pater genuit filium. Ideo querit. vtrum concedendum sit qd deus genuit deum. Si enim deus genuit deum. videt qd aut se deum. aut alium deum genuerit. Si vero alium deum genuit. non est tunc vnus deus. Si autem seipsum deum genuit. aliquid res seipsam genuit. Ad quod ridentes dicimus. sane et catholice concedi. qd vnus vnus genuit. et quod deus deum genuit. quod deus pater deum filium genuit. In simbolo scriptum est. lumen de lumine. deum verum de deo vero. Ad hoc addit. qd genuit se deum vel alium deum. neutrum concedendum esse dicimus. Quod alium deum non genuit. manifestum est. quod vnus tunc deus est. Quod autem seipsum non genuit. ostendit Augustinus. in primo libro de trinitate. dicens. Qui putant eius potentie esse deum vel seipsum ipse genuerit. eo plus errant. qd non solum deus ita non est. sed nec spiritualis neque corporalis creatura. Nulla enim res est que seipsam gignat vel sit. et ideo non est credendum vel dicendum qd deus genuit se.

Solutio

Alia questio de eodem.

**Sed adhuc opponunt**

garruli ratiocinatores dicentes. Si deus pater genuit deum. aut genuit deum qui est deus pater. aut deum qui non est deus pater. Si genuit deum qui non est deus pater. deus est qui non est deus pater. non ergo vnus tunc deus est. Si vero genuit deum qui est deus pater. ergo genuit seipsum. Ad quod respondemus determinantes istas propositiones. quas sic proponunt. Si deus pater genuit deum aut deum qui est deus pater. aut deum qui non est deus pater. hoc enim sane et praeue intelligi potest. et ideo ridentium est ita. Deus pater genuit deum qui est ipse pater. hoc dicimus esse falsum. et concedimus alteram. si genuit deum qui non est pater. nec tamen genuit alterum deum. nec ille qui genuit est alius deus est quam pater. sed vnus deus cum patre. Si vero addit. genuit deum qui non est deus pater. hoc distinguimus. quia dupliciter potest intelligi. Genuit deum qui non est deus pater. scilicet deum filium. qui filius non est pater qui deus est. hoc sensus verus est. Si vero intelligat sic. genuit deum qui non est deus pater. id est. qui non est deus qui pater est. hic sensus falsus est. Vnus enim et idem deus est pater et filius et spiritus sanctus. et e converso pater et filius et spiritus sanctus vnus est deus.

Risio.

Opinio quorundam dicentium tres personas esse vnum deum. vnam substantiam. sed non e converso. scilicet vnum deum vel vnam substantiam esse tres personas.

**Quidam tamen de**

ritatis aduersarii concedunt patri et filium et spiritum sanctum. siue tres personas esse vnum deum. vnam substantiam. sed tamen nolunt concedere vnum deum siue vnam substantiam esse tres personas. dicentes diuinam substantiam predicari de tribus personis. non tres personas de substantia diuina. Fides autem catholica tenet ac predicat. et tres personas esse vnum deum. vnam substantiam siue essentiam siue naturam diuinam et vnum deum siue essentiam diuinam esse tres personas. Vbi Augustinus in primo libro de trinitate ita ait. Recte ipse deus trinitas intelligit beatus et solus potes. Ecce quod expresse dixit. ipse deus trinitas ut ostendat ipse deum esse trinitatem. et trinitatem ipsius deum. Item in eodem. In verbis inquit illis apostolus quibus de aduentu christi agens dicit. Quem ostendit beatus et solus potes. rex regum et dominus dominorum. qui solus habet immortalitatem. Nec pater proprie notatus est. nec filius. nec spiritus sanctus. sed beatus et solus et potes. id est vnus et solus deus verus qui est ipsa trinitas. Ecce hic apte dicit. vnum solum verum deum esse ipsam trinitatem. et si vnus deus trinitas est. ergo vnus deus est tres persone. Item in libro de trinitate. Non tres deos. sed vnum deum dicimus esse ipsam personarum trinitatem. Item in libro de fide ad Petrum in expositione symboli. Hic est christiano rerum creatarum cum visibilium siue inuisibilium non nisi bonitate crede re creatoris. qui est deus verus et vnus. nullamque esse naturam. que non aut ipse sit. aut ab ipso. eiusque esse trinitatem patrem. et filium et spiritum sanctum. Item Augustinus in fine de fide. Redimus vnum deum vnam esse diuini nominis trinitatem. Idem in vi. libro de trinitate. Dicitur deum solum esse ipsam trinitatem. Ecce his et alijs pluribus autoritatibus euidenter ostendit dicendum esse et credendum. quod vnus deus est trinitas. et vna substantia tres persone. sic e converso trinitas dicitur esse vnus deus. et tres persone dicuntur esse vna substantia.

Inducit contra eos autoritates augustiniani.

Aug.

Aug.

Redit ad premissam questionem scilicet an deus pater se deum an alium deum genuit.

**Nunc ad premissam**

questionem reuertamur ubi querebatur. an deus pater genuerit se deum. an alium deum. Ad quod dicimus. neutrum fore concedendum. Dicit tamen Augustinus in epistola ad Maximinum. quod deus pater se alterum

Aug.